



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Compendium Summae seu Manualis Doct. Navarri

**Ávila, Esteban de
Azpilcueta, Martín de**

Lvgdvni, 1609

Meretrix.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41656

laboraturum, & dolo vel culpa id non præstat. Secus si casu fortuito impediatur. Quod si paratus est ad præstandum, & culpa conductoris non præstat, soluendum est ei diarium. Idem est si præstare omisit ob casum fortuitum contingentem ex parte conductoris, quando conductus diarium in alio loco, si ille non conduxisset eum, reperisset. cap. 17. nu. 197.

Regis præfectus publicis operibus, qui minori pretio cogit subditos ad importandam materiam, non potest efficere, ut idem faciant in gratiam alicuius hominis privati, nec sufficit ad id cõsensus regis, nec quod talis præfectus id oneri suæ conscientie accipiat. cap. 17. nu. 259.

MERETRIX. Nec quæuis alia mulier etiam religiosa, non tenetur restituere ea quæ etiam per blanditias obtinuit sine fraude ab amico potente donare. Secus si per fraudem, ut fingendo se virginem, vel solum fuisse cognitam à magnate. cap. 17. nu. 6. & nu. 41. §. 7. Imò nec tenetur restituere acceptum pro actu turpi. nu. 31. & nu. 34. dict. 4. Peccat tamen accipiendo pro ipso actu turpi. nu. 34. dict. 4. & nu. 36. §. 6. & clarius. num. 38. Et idem est de aliis fœminis. nu. 35. §. 2. & nu. 40. §. 4.

Promissio facta meretrici de dando præ-
tium

tio pro actu turpi non est valida in foro interiori, bene tamen in exteriori. nu. 40. §. 3. Meretrix tamen petendo talem promissionem, non debet petere ob illum actum turpem, nec tamquam debitum legale, sed quod soluat promissa propter suam indigentiam, vel ob aliam finem honestum. nu. 41.

Peccat mort. locans domum meretrici ad meretricandū in ea, eo scilicet sine principali, vel minū principalī, vt meretricentur. Secūs si solūm ad habitandū, & viuentū, quamuis sciat eam meretricaturam ibi. cap. 17. numer. 195. §. 4. & cap. 21. numer. 25.

Respublica potest permittere meretricos. Magis tamen expediret non permittere. Et peccatum est mort. quærere lucrum ex meretricio lucro. cap. 17. §. 4. num. 195. lit. C. Nou. nu. 199.

MERITVM, de condigno, est actus humanus bonus, factus ab eo qui habet gratiam Dei gratum facientem, & meretur gratiam & gloriam aternam. Meritum de congruo, est actus humanus bonus factus ab aliquo extra gratiam Dei existente, cui de quadam congruitate, & secundū quid debetur aliqua merces spiritualis vel temporalis. Prælu. 7. num. 3.